



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 105. Ordines Regni a Lusitaniæ Rege convocati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.
A. C. 1496. vianus, qui ex carcere, in quem Ferdinandi jussu detrudebantur, elapsi fidem dederunt, se Gallis quingentos levioris armaturæ equites suppeditaturos; Frater quoque Cardinalis S. Petri ad vincula Romanæ urbis Præfectus totidem pedites transmittere pollicitus est. Hisce copis Trivulcius Astæ commorans præficietur.

§. CV.

Ordines Regni a Lusitanicæ Rege convocati.

Marian. l. 26
n. 70. Sub idem ferme tempus Emanuel Lusitanicæ Rex adepto regni solio generales status sui Ordines Montemauri prope Eburam convocabat, ut ex eorum consilio publica Regni sui negotia in ordinem redigeret. Intererat quoque Georgius defuncti Regis filius Nothus, nonnisi quatuordecim annos natus unacum Didaco Almeyda supremo Ordinis S. Joannis Magistro ejusdem Moderatore. Hunc Rex haud vulgaribus amoris significationibus excepit, professus, quod illum velut Patrem suum veneraretur, atque ab eo tanquam illius filius haberi vellet. Postea Emanuel Oratores ad Castellæ & Arragoniæ Reges ablegabat, qui de consensu a se throno eosdem edoceret, alios quoque decernebat ad Alexandrum sum-

summum Pontificem, eidem tanquam Christi Vicario obsequium delaturos: Præ-
 terea per universum regnum promulgari præcepit edictum, quo Judæi a fer-
 vitate ipsis a Rege defuncto imposita ex-
 imebantur; novus enim Rex muneris sui
 partes deposcere autumabat, ut illos
 pristinae suæ libertati redderet, eorum-
 que calamitates, ac conditionis suæ mi-
 serias temperaret. Agebatur etiam in hi-
 sce comitiis de rebus Africae, atque illuc
 mittebantur copiae comiteatu, bellicue
 apparatu ubertim instructæ, eo fine, ut
 urbes recens partæ ad propulsandos Mau-
 rorum impetus longe munitissimæ red-
 derentur.

§. CVI.

*Lusitanorum bellum in Africa adver-
sus Mauros.*

Tunc temporis Lusitanorum imperio
 subjecta erat Septa, quam urbem *Marian, ibi.*
 Joannes I. Mauris eripiebat: Iisdem quo-
 que parebant Tingis & Arzilla. Hæc
 oppida ab ea, quæ occidentem respicit,
 parte Oceani oris adjacent, atque ab
 Alphonso Regis Patruo, domitis in-
 fidelibus, non modo fortiter parta,
 sed & solerter conservata fuere: Cum
 vero Joannes Menesez Arcillæ urbis Præ-
 sectus intelligeret, quod vicini quidam
 Pagi